

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

46. An lictores, qui ex mandato judicis reum capiunt eundem armis
resistentem; impune occidere possint? Et explanantur sex limitationes, &
circumstantiæ, sine quibus hoc minimè lictores possunt ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

De Homicidio, &c. Resol. XLVI; &c. 113

*Sep. hoc &
sequentesbus
autem in fine
annis Ref.
lipsia in Ref.
ta §. Primo
quidem. à
anno 6. vers.
Tertio. & la
tis Ref. 6.
17. & 18.*

accusatione, aut testimonio falso, quamvis alieno, quod nobis non displicet, quando non potest alia via mortis illa iniusta vitari, quia etiam qui sic parat, inferit vim aderum, nempe per iudicem. Ita Hurtado, cuius sententiam sequitur etiam nouissime, me citato, Cardinalis de Lugo *vbi supri*, omnino videndum synde nec definit etiam hic apponere verba Ioann. Dicastilli de *Iust. loco* *citato*: *o. lib. 2. n. 1. disp. 10. dub. 9. n. 117.* vbi si ait. Vtrum autem licet praevenire occidendo illum, qui falso testibus iam subordinatis ita me oppugnat in iudicio, ut necesse sit me occidi, aut infamari, aut boname amittere, non omnino consentiant Auctores. Negat Leff. *supr. n. 47.* & aliqui alii, affirmat Bannez *supr. concl. 2.* quam sententiam probabilem etiam putat Petrus Narrator *lib. 2. c. 3. n. 361.* & alii, qui speculatiuè quidem putant hanc sententiam esse veram, aut valde probabilem, qui enim falso deponens sic me oppugnat, videatur me occidere alieno gladio, vel mihi iniuste infamare, aut bonis priuare. In praxi tamen tutius esse putant tueri sententiam Leffij, & aliorum; tum, quia homines facile credentes se per calumniam accusari, neque aliud esse refutum prater mortem accusatoris, indeque pareret aditus infinitis homicidiis; tum, quia, qui falso testimonium dicit in iudicio, non censetur aggressor vita, aut vim inferre, sed committere iniuriam, quae ex sua natura puniri potest à iudice.

§. Haec tamen rationes mili omnino displicant. *Prima*, quia non initur ipsi rei natura, sed passioni, aut cecidi mentis hominum, qui si imprudente agent, vel tenerè iudicando aduersari iniuste deponere apud iudicem, vel non esse aliud medium evadendi, non id officit veritati opinionis, que tantum loquitur in casu in quo vtrumque certò moraliter constet, & quod iniuste oppugnetur in iudicio, & quod non sit aliis modis evadendi: i. quo casu mili videtur valde probabilis sententia. *Secunda ratio* multò magis displicer. Negandum enim est non censeri aggressorem, aut vim inferre eum, qui falso testimonium dicit in iudicio, tunc enim aperte vim inferit, & dolum contra alterius vim adhibendo causam sufficientem ad occisionem innocentis, cum posito illo testimonio falso, & falsa probatione necessariò sim vel vita, vel fama, & honore, vel bonis spoliandis. Itaque placet mihi sententia Bannez. Huc quique Dicastillus. Vnde appetat quām probabilitate sint, ea, quae ego olim docui in tract. de Homicidio, cūncautiō loquitur sī, quām citati DD. & tamen non defuerit aliqui scioi obmutuantantes contra me.

RESOL. XLVI.

An lictores, qui ex mandato iudicis reum capiunt eundem armis resistenter, impune occidere possint?
Et explanantur sex limitationes, & circunstantiae, sine quibus hoc minimè lictores possunt facere; & si Magistratus extra easdem circunstantias capi, aut necari reum inbeat, ne ipse à culpa immunis erit. Ex part. 8. tract. 7. & Mise. Ref. 44.

§. I. Illorum sententia videtur approbanda, qui id non aliter admittit posse statuunt, nisi sub limitationibus sequentibus. *Prima*, si lictores certum, & speciale de capiendo reo à Magistratu habeant mādandum. *Secunda*, si capiendus armata manu resultat, & vim lictoribus paret, quò referri poterit. *tertia* servus 4. C. de his qui ad Eccles. confing. quo loquitur de seruo, qui armis hostiliter domino resultit. Sed quia in dubio creditur reus capiendus armis resistere, non ut aliis noceat, sed ut se eripiāt, facile arma depositurus, si evadere possit, adeoque pro aggressore habeti nequeat, ideo opus erit. *Tertia*, vt sit crimen atroc, & ad minimum capitale. Ceteroquin contemptus Magistratus, qui hic inter-

uenit, non erit ad capiendum delictum ad occisionem. *Quarta*, vt nulla alia ratione reus capi possit, sed quantummodo sit euafusus: idque maximè. *Quinta*, si ab euafente grauiora mala sint metuenda. *Sexta* denique, vt capiendus de crimine sufficienter sit diffamatus. Extra haec circumstantias si capiendum occidunt officiales, extraordinaria poena erunt coērendi: sed officij ipsorum erit, tem referre ad magistratum. Qui si extra easdem circumstantias capi, aut necari reum inbeat, nec ipse à culpa & poena immunis erit. Vide Iulium Claram *lib. 5. q. 29.* Fachingavum *controu. iur. lib. 9. c. 73.* *Patinacum* *q. 32. n. 40.* & seq. cum aliis penes ipsos.

RESOL. XLVII.

An iniudas ab ebrios furioso, amone, vel dormiente posse illum occidere, cum moderamine in culpa rutele, si sciat incidisse in aneniam, ebrietatem, & dormitionem in peccato mortali?
Et quid si iniudas probabiliter credat, se esse in statu gratia?
Et quid est agendum, si multum dubitet de suo statu?
Et colligatur posse satellites, seu publicos ministros cum moderamine in culpa rutele occidi, si forte, vel iniuste conuenient interficere innocentem, vel illum capere, et iniuste occidat.
Et quid, si satellites ignorant innocentiam eius, & bona fide minus obeant?
Et docetur iniuste carceratum posse inste à carceribus fageres, & adhibita conspiratione frangendo carcerem, quam dirupendo vincula, & si opus fuerit etiam carceris custodem occidendo.
Et notatur, quod licet possit quis etiam interficere iniudarem iniustum vita, honorum, & honoris proximi, ut impediatur, si non possit alio impediri, difficultas est, an tenetur quis id facere? Ex part. 11. tr. 6. & Mise. 6. Ref. 52.

§. I. Potest quis magis generaliter querere, an possit occidere furiosum, vel amentem, ebrium, vel dormientem, qui cum iniudit, si non possit aliter se defendere? Ratio dubitandi, quia si iniustus aggressor propter iniustam aggressionem amittit ius, quod alias habebat seruandi propriam vitam, isti non sunt iniusti aggressores, vt supponimus, ergo non amittunt ius seruandi propriam.

2. Nihilominus respondeo cum Lessio *lib. 2. c. 9. dub. 8. n. 42.* & aliis licitum esse: Ratio est, quia aggressus tunc haberet ius seruandi suam vitam, & amens, ebrium, &c. non censetur habere ius retinendi vitam suam cum damno alterius innocentis. Et ita etiam docet Dicastillus de *iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 1. n. 26.*

3. Sed difficultas est in casu proposito in titulo p̄ae sentis resolutionis, & ad illum si responderet Ioannes Pontius in *civ. i. heol. disp. 5. 27. 5. concl. 5. n. 27.* vbi sic ait: Licet in conscientia interficere aggressorem iniustu ad tuendam vitam, quando alius eam tueri non potest.

Obiectis, si talis aggressor interficeretur perderet vitam aternam, sed aggressus deberet exponere vitam temporalem pro vita spirituali proximi; ergo non licet ipi interficere ipsum.

4. Respondeo distinguendo minorem: quando factura illa vita spiritualis non dependet à voluntate ipsiusmet proximi, concedo, alia transfeat; & nego consequentiam: quia possit aggressor non aggrediendo, aut desistendo ab iniusta iniunctione cauere illud damnum; vnde sibi illud imputandum, non aggressor, qui se tandem defendit.

5. Quod si tamen iniulator sit ebrius, aut insanus, & constaret ipsum esse in statu peccati mortalis: iniudas autem credere probabiliter se esse in statu gratia,

*Sup. hoc do
ctrina cont
enta in hoc
& seq. §. Re
f. 52. in R. E.
t. 2.*

*Sup. hoc in
fca in ref. 52.
§. Quarto li
citem est
non occide
re.*

K 3 teneretur